



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 88. Patris Lainesii liber, ejusque fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

Sæc. XVII.  
A. C. 1705.

## §. LXXXVIII.

*Patris Linez liber, ejusque fata.*

Non modo P. Linez, sed etiam PP. Barcos, & Beauvillerius ex Aula Pechinensi Romam contenderunt, ibidem rituum Sinensium caussam contra Turnonii decretum propugnaturi. Attamen, licet seorsim binis navibus vherentur, ambo tamen naufragio facto perierunt: Eo nihilominus, velis remis & vento pariter colludentibus, P. Linez Romam Anno hujus saeculi septimo appulsus est: Verum jam antea Clemens XI. Pontifex die septima Januarii Turnonii decretum examinari, ac mature discuti, ac demum illud publice approbari jussit, edito hoc decreto: „Sanctissimus auditis votis DD. „Card. dixit, rescribendum esse dicto „Patriarchæ, commendando illius prudentiam, ac Zelum, & quod exacte „observari debeant ea omnia, quæ in „Decreto supradicto fuerunt ab ipso „præscripta, donec aliter a Sede Apostolica provisum fuerit. -- Quo vero „ad quæstionem de quibusdam . . . . „qui in eisdem regionibus vocantur: „Parreas . . . . sanctitas sua dixit, quod „separatim examinari debeat.”

X 4

Cum

**S. eccl. XVII.** Cum igitur Lainesius Turnonii de  
A. C. 1705. cretum a Papa approbatum cerneret,  
librum suum, cuius supra meminimus  
**Epiſt. Pa-** Romæ in vulgus spargere minime ar-  
**florat. dat.** fus est, paucis tamen mensibus, cum  
**Madruſt.** jam in Melioporensem Episcopum re-  
**22. Febr.** nuntiatus esset, Roma in Indias re-  
**1711.** fusa est, ac Madraspatami non modi-  
**Reg. S. Offic.** hunc librum, sed etiam pastoralem e-  
**3. Sept. 1712.** vulgavit epistolam, in qua censuras  
Turnonio suisse sublatas dicebat, pre-  
fatumque oraculum vivæ vocis jactabat:  
Re Romam delata Pontifex præcepit  
ex Regesto Decretorum Congregationis S.  
Officij de Anno 1706. extracti authenticam  
exemplar resolutionis eadem in re capta ab  
ipsa SS. in Congregatione habita 7. Ju-  
nuarii 1706. illudque extradi ad hoc, ad  
juxta illius tenorem & formam omnia in  
Decreto supradicto contenta, exakte in  
idem partibus observari debeant, donec al-  
ter ab Apostolica Sede decernatur.

Insuper Pontifex ad ipsum Laine-  
sum decima septima Septembbris die  
datis literis hæc perscripsit: Intimo do-  
„loris sensu percepi, evulgatum suisse,  
„quod præscripta in quodam decreto  
„die 27. Junii 1704. Pudicherii edito,  
„&c. a Nobis rescissa, & abrogata, ac  
„simul ceremoniæ, & Ritus, qui eo-  
„dem decreto superstitionis labe infecti  
„declarantur, vel omni, vel aliqua ex  
„parte

„parte approbati, ac permitti fuerint. **Sæc. XVII.**  
 „Quum autem maxime cupiamus, ut **A. C. 1705.**  
 „in re tanti momenti non modo Frater-  
 „nitati tuæ, verum etiam te curante  
 „cæteris istarum partium Antistitibus,  
 „ac Missionariis aperte veritas innote-  
 „scat, Tibi conjuncta folia, a Notario  
 „sanctæ Romanæ & universalis Inquisi-  
 „tionis signo roborata, mittenda duxi-  
 „mus. „

His præmissis Pontifex præfata S. Officii decreta unacum Turnonii decreto retulit, ac tandem suam epistolam his verbis absolvit: *Ex quibus abunde intelliges, quænam in ejusmodi rebus habentur fuisse, & adhuc sit mens nostra.*

Præterea Cardinalis Sacripante S. Congregationis de Propaganda Præfectus ex Pontificis mandato Visdeluo Claudiopolitano Episcopo injunxit, ut plenam Turnoniani decreti executionem urgeret.

Quoniam vero Lainesi liber admodum rarus sit, & nonnisi duo aut tria exemplaria Lusitano naufragio erepta, & a Contio tum Lusitaniæ Nuntio Romanam transmissa extant, haud injundum erit, quædam ex eo notabiliora adducere. Facta igitur Madureiensis, Massurianæ, & Carnatensis Missionis descriptione, & antiquitate refert Lainesius, quod hi populi non habeant le-

Sæc. XVII gem scriptam, sint tamen apud eos  
A.C. 1705. consuetudines bene multæ, quæ vim lig-

jam obtinuere, &c. & licet in illis multa  
puerilia, minuta, nec honesta, nec vel ho-  
nestati contraria, sed prorsus media, im-  
penitus inepta, & a recta ratione aberna-  
tia sint, tanti tamen illa cœstiment, ut pi-  
pulos, a quibus non observantur, barbari  
impoliticos, ac naturæ lumine defitutor op-  
pellare non vereantur.

Agens de eorum religione testa-  
tur, quod inferiorum duntaxat Deorum  
numerent tercenta triginta millionum mi-  
llia, & quasi exiguis numerus ille fore  
esse velint præterea octoginta paenitentia  
millia, quibus tamen tribuunt par-  
imo superiorem Diis potentiam, quos in-  
super, furtis, odiis, homicidiis, perjurii,  
adulteriis, incestibus, & quidem cum pro-  
pria Matre, infandæ cum belvis Veneria-  
noxios fuisse, absque pudore confitentes.  
& in Deorum Hymnis modulantur...  
dicentes, hæc, quæ in hominibus sceleris  
essent gravissima, in Diis ludos esse...  
cum tamen eorum vestigiis inharentes  
pejora perpetrent: . . . . Eorum idola  
refert ipse, horrendis modis esse con-  
fusa, & undique collatis partibus va-  
coagmentata, non tamen eodem apud or-  
nes esse pretio, Vidi, qui illa non plus  
cœstimarent, quam illud ipsum metallum  
ex quo conflata sunt, vidi ingenti cum so-

Pag. 22.  
36. 39. 41.  
40. 47.

luptate, qui illa calcibus impeterent &c. Sæc. XVII.  
sed stolidum vulgus hæc velut ipos Deos A. C. 1705.  
colit. Narrat etiam, eos esse superstitiones, deditosque expiationibus,  
quæ variis ritibus peraguntur, atque ad 49. 82. 84.  
peccata expianda nihil communiori usu re-89. 91.  
ceptum esse, quam Balnea.

Christianorum autem numerum in  
hisce Missionibus ascendere refert ad  
ducenties viginti millia, & quod in sola  
Madurensi Missione septies mille sex-  
centi fuerint baptizati, & ipse solus in-  
tra viginti duorum annorum spatum  
viginti millia Sacro fonte expiarit, postea  
de eorum pietate scribens ait: non so-  
lum multi illorum Regnorum Ethnici in  
Evangelicam fidem concessere, sed Christum  
indusentes optimi facti sunt Christiani, ut-  
pote qui ad omnes fidei regulas vitam suam  
accurate componentes, Europæis ipsis exem-  
pto esse possint. Certe tanta sunt vitæ in-  
tegritate, ut non sit infrequens, Missiona-  
rium a prima luce ad meridiem usque con-  
fessiones excipere, quin lethalis peccati reum  
quemquam inveniat.

Eos autem induci haud posse re-  
fert ad deferendos suæ Nationis ritus  
Turnoniano decreto prohibitos, id, pro-  
sequitur, quod Evangelii amplificationi Pag. 23. 75.  
non mediocriter officere dolemus, quum in-  
ter illorum Ethnicorum consuetudines plu-  
rimæ sint Ecclesiæ legibus contrariæ: lex  
v. g.

Sæc. XVII. v. g. stabilita, ut consanguineam in prim  
A. C. 1705 gradu ducere compellantur.

Quod alias consuetudines bene multas etiam civiles observare non possumus, & doceamus, non esse observandas, eoque Ecclesiæ institutis adversentur . . . quia consuetudines cum violenter, inclamant Ethnici, nos familias perturbare, sua jura, suosque usus convellere, & barbaris institutis commutare, . Sic enim instituti sunt Populi illi, sic profanis Sacra miscent, ut Religionis officia ad honestatem plurimam facere arbitrentur, &c. Itaque paterentur multi nos de Diis suis sentire, ut voluntur, at vero statim Sacrificiis, aliquisque solemnitatibus deesse, hoc illis intolerandam rusticitatem sapere videtur. Præceptorum Divinæ Legis severitas, eorum præsertim, quibus eorum vitia damnantur, vindicta v. g. poligamia, matrimonii dissolubilitas, quam multi sunt, qui ante sibi abstrusissima mysteria credenda putant, quam ejusmodi præcepta observanda.

Mirum tamen, quod hi Ethnici adeo fuerint dociles, ut relictis ritibus fidelis Catholicæ adversis tot millia Baptismum receperint, & tamen omnem ferme docilitatem exuisse referantur, ritus que Turnoniano decreto damnatos, minus licet carni blandientes relinquunt, proin ejus decretum fidei propagationi obstat dicatur: cum autem

Tur.

Turnonius in suo decreto in testimo- Sæc. XVII.  
 nium Bouchetum, & Bartoldum Je- A.C. 1705.  
 suitas adduceret, cunctosque decreti  
 sui articulos Agemalensi Synodo  
 aliisque Conciliis Goæ habitis confor- Pag. 223.  
 mes diceret, Lainesius afferere non 172. 639.  
 dubitavit, *Aberrasse a vero Goana Con-*  
*cilia in usibus Indicis damnandis, & hosce*  
*duos Jesuitas æque ac ceteros Missio-*  
*narios Turnonio obtemperantes, in ho-*  
*rum rituum notitia parum exercitatos*  
*esse, mox tamen sui oblitus, Boucheti*  
*testimonium, & Bartoldi attestatum*  
*eo fine adduxit, ut hosce ritus in de-*  
*creto prohibitos tolerandi necessitatem*  
*per idoneos testes probaret. Conclu-*  
*dit denique Lainesius, quod tam Age-*  
*malensis Synodi, quam Turnoniani de-*  
*creti observantia Pietati Christianæ ma-*  
*gis sit contraria, legi Divinæ & natu-* Pag. 596.  
*rali adversa, ad promovendas sedicio-* 45°. 473.  
*nies, vexationes & strages apta, proin*  
*absque peccato mortali ea, quæ ibi*  
*præcipiuntur, observari non possint.*

### §. LXXXIX.

#### *Turnonius Patriarcha ad Imperatoris alloquium admissus.*

Tandem Turnonius Patriarcha ad Re- Gonzales  
 giam delatus est, ubi cum Impe- Relat. 1. 4.  
 ratore de statu Missionum & de dissi- pag. 23.  
 diis